Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



asme ds salutaris ms. Ne pecias me a facie
tua et spm scm tuum ne auferas a me. Sana
animam meam quia peccaui tibi. Libera me
de ore leonis. Auerte oculos meos ne uide-
ant uanitatem. Illumina uultum tuum
super seruum tuum. et saluum me fac in tua
misericordia. Adhesi testimoniis tuis dne noli
me confundere. Ne tradideris me in man
persequentium me. Custodi me dne ut pu-
pillam oculi. sub umbra alarum tuarum
protege me. Peccatum meum tibi cognitum
feci. et iniusticias meas non abscondi.
Confitebor tibi dne ds mis in toto corde
meo. Dne exaudi orationem meam et cla-
mor ms ad te ueniat. Non auertas faciem
tuam a me. in quacumq; die tribulor inclina
ad me aurem tuam. In quacumq; die
inuocauero te uelocit exaudi me. Fac
mecum signum ds in bono, ut uideant qui
me oderunt et confundant. Remitte
m dne ut refrigerer prius qm abeam,
et ampli non ero. Ecce penitentia homi-
nis humiliantis se. Quom non ueniam
habebit. qui talit ingemiscit. Quis n
audiat illum. et moueat. Qm qui se
humiliat exaltabitur. et qui se exaltat
humiliabit. Quid gloris in malicia, q
potens es in iniquitate. Peli est non uo-
uere. qm uouere et non facere. Penitentem
te dicis. et carnis lubidine delectaris.
Peccata tua non desinent ambulare. et
tu dicis qd redeant. Peccatori aut dit
ds. qre tu enarras iusticias meas et assu-
mis testamentum meum per tuum. Tu
ui odisti disciplinam. et iecisti sermones me-
os post te. Si uidebas furem currebas
simul cum eo. et cum adulteris ~~mis~~ portionem
tuam ponebas. Os tuum habundauit
nequicia. et lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. et
aduersus filium matris tui ponebas scandalum.
hec fecisti et tacui. Existimasti iniquitatem
qd ero tui similis. arguam te et statuam illam
contra faciem tuam. Intellegite hec omes qi
obliuiscimini dm. neqndo rapiat. et non sit
qui eripiat. Sacificium laudis honorificabit
me. et illic iter est quo ostendam ei saluare
meum. Ecce qualis comminatio dni in homi-
nem peccatorem. Tu quid dicis, qui te asseris
penitere. Ubi est penitentia tua. Ex-
clusa est. Superbia et contemptu dnm pter-
mittis. Audi fili. retrahe pedem tuum a scelo.
cui iam pridie renunciauerat. ut fidelis dno
uocareris. Quid queris in scelo cui renunci-
asti. Penitere et de omni pompa iniquitatis,
apprehende fidem quam ante poliberas ut consen-
tires diabolo principi tenebrarum. et dnm qui est
lumen post ~~dnm~~ dominum reliquerat. Memorare
fili, quid e miam uolo et non sacrificium.
Miserebitur tibi dns, si hec cum legeris fa-
cias. ut pobedientiam sequaris penitentiam.
Verum de toto corde egeris. si dnm p oculis
habueris. si omissa uoraginem poculi uenenosi
calicem salutaris accepis. Si die ac noc-
te in lege meditaberis. si omne sollicitudi-
nem tuam super illum miseris. tunc gaudebis
et exultabis in dno quia uicisti malignum.
Tunc erit merces copiosa in celo. quia talit
in ope dni laborasti. tunc erit dns adiutor
tuus in die iudicii. te stabis cum magna
fiducia. tunc stabis a dextris dni cum sus
ei. et dicet uobis. Venite bndicti patris